



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt presbyter poenitentem non reconciliet, nisi episcopus suus iubeat. lxx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

negociis. Unde non est liber à laqueis diaboli, qui se militia mundana voluerit implicare.

De illis qui relicto religionis proposito ad seculum redeunt. Cap. LXVII.

H qui post sanctæ religionis propositum apostatant, & ad seculum redeunt, & postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, communionē non accipiant sine pœnitentiā, quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti, & quicumque ille est post pœnitentiā habitum secularem non præsumat. Quod si præsumperit: ab Ecclesia alienus habeatur.

Ex cœcil. Arelatē si, cap. 3.

Quod nullus religiosus & sanctus careat peccato.

Caput LXVIII.

Nullus sanctus & verus caret peccato: nec tamen ex hoc definit esse iustus vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem. Non enim naturæ viribus, sed propositi adiumento per Dei gratiam acquirimus sanctitatem: & ideo veraciter se omnes sancti pronunciant peccatores: quia in veritate habent quod plangent, & si non reprehensione conscientiæ, certè mobilitate, & mutabilitate præuaricatricis naturæ.

Ex dictis August.

Ut penitentes à conuiujs & ornamentis abstinere debeant. Cap. LXIX.

Quod penitentes à conuiujs & ornamentis, atque alia veste abstinere debeant, & discordes pellantur ab Ecclesia, donec ad pacem redeant.

Ex decr. Lucyp. p. cap. 5

presbyter penitentem non reconciliet, nisi episcopus eius suus iubeat. Cap. LXX.

Vt presbyter non interrogato episcopo non reconciliet penitentem, nisi absentia episcopi, necessitate compellente.

Ex cœcil. Africa. cap. 30.

Nullus ex Ecclesiastico ordine per manus impositionem remedium accipiat pœnitendi.

Caput LXXI.

Alienum est autem à consuetudine Ecclesiastica, ut qui in presbyterali honore, aut in diaconij gradu fuerint consecrati: hi pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi. Quod sine dubio ex apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est: Sacerdos si peccauerit quis orabit pro illo: Unde

Ex dictis August.

Ex decr. Leonis papa ad Rusli cū, cap. 16.